



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

58. An Sacerdos simplex nullo impedimento detentus peccet mortaliter non celebrando, modò communicet in Paschate, nec adsit scandalum, vel contemptus? Et docetur simplicem Sacerdotem ter, aut quater ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76405)

RESOL. LVII.

An Parochus in illis diebus, in quibus tenetur Missas celebrare, ut populus eam audiat, possit pro ea manuales elemosynas recipere? Ex part. 4. tract. 4. & Miscell. Ref. 232.

§. 1. **S**pponendum est, Parochum ex vi beneficii parochialis non teneri ad offerendam Missam pro populo, quia obligatio Parochi ad id nullo iure scripto, nec consuetudine introducta probari potest, nec ex institutione beneficii parochialis deducitur, quia ex hoc tantum deducitur obligatio Parochi ad celebrandam Missam, ut populus eam audiat; ita ego in tract. de celebratione Missarum, & nouissime Hurtado de Sacram. disp. 4. de sacrificio. Missae, diff. 16. Hoc supposito, quaeritur, an Parochus in dicto casu, quando celebrat, ut Parochiani Missam audiant, possit pro applicatione Sacrificij elemosynam accipere ab alio? Et negatiuum sententiam, teste Gellio in 8. sect. Canon. cap. 28. num. 4. & Barbosa in collect. declarationum, vobis. Missarum elemosyna, §. vlt. determinauit sacra Cardinalium Congregatio sub die 1. Septembris 1629. sic asserens; Missam quibus diebus tenetur Parochi celebrare, non possunt pro ea manuales elemosynas recipere.

Sup. hoc; quod hic supponitur, in Ref. praet. terita §. 1.

Sup. hoc ibidem in §. Sed licet.

RESOL. LVIII.

An Sacerdos simplex nullo impedimento detentus peccet mortaliter non celebrando, modo communicet in Paschate, nec ad sit scandalum, vel contemptus? Et docetur simplicem Sacerdotem ter, aut quater celebrantem in anno, & praecipue in Natalis Domini die, Resurrectionis, & Pentecostes minimè peccati mortalis reum esse. Ex p. 2. tr. 14. Ref. 19.

§. 1. **P**eccare mortaliter respondit Ioan. de la Cruz in direct. part. 2. de sac. Missae, q. 1. dub. 2. concl. 2. Villalob. in summ. part. 1. tr. 7. dub. 49. n. 1. Homobonus in exam. Eccles. part. 1. tr. 4. cap. 14. quaest. 133. Spina in specul. testam. gloss. 3. n. 63. & alij DD. communiter.

2. Sed contrariam sententiam probabilem puto cum Bonacina de Sacram. disp. 4. quaest. vlt. punct. 7. n. 10. & illam docet D. Bonau. in 4. dist. 12. art. 2. q. 2. Victor. in summ. n. 94. Caietan. & alij.

3. Nota verò, quòd DD. pro contraria sententia citati docent simplicem Sacerdotem ter, aut quater celebrantem in anno, & praecipue in die Natalis Domini, Resurrectionis, & Pentecostes minimè peccati mortalis reum esse, nec teneri aliis vicibus celebrare. Vide Fernandez in exam. Theol. Moral. part. 3. cap. 5. §. 6. num. 1. & Pitigianum in 4. tom. 1. dist. 13. quaest. 2. artic. 1.

Sup. hoc in tom. 3. tr. 1. ex lata doctrina Ref. 102. prope finem §. Dices.

RESOL. LIX.

An Capellanus aegrotans per aliquos dies tenetur per alium Sacerdotem Missas celebrare? Ex p. 2. tr. 14. Refol. 27.

§. 1. **N**egatiue respondent DD. Sed difficultas est assignare numerum dierum, Molfes. in summ. part. 1. tract. 6. cap. 1. num. 79. Riccius in part. 1. ref. 340. n. 5. Grassius tom. 2. consil. lib. 3. de praeben. diff. 2. num. 5. Fraxinellus de obligat. Sacerd. sect. 4. conclus. 4. vers. Nota §. 13. Barbosa de potestate Episcopi, part. 2. alleg. 24. etiam.

Sup. hoc in Ref. seq. & supra in Ref. 55. §. vlt. ad medium, à vers. Nota etiam.

cum sit humanum, humanitas autem, seu aequitas vacationem concedit. Ita Peyrinus, vide etiam de Negro in addit. ad Ruyz, part. 1. praesup. 1. q. 1. Nota etiam quòd idem Peyrinus num. 24. tenet, quòd si Capellanus obligatus ad quotidie celebrandum aegrotaret per duos menses, non teneri per alium celebrare, nec ipse factus sanus relictas Missas dicere, quia breue tempus intelligitur spatium duorum mensium, & cum fundator mentem suam non explicauerit, se non intendere dare stipendium nisi quotidie celebranti, quacumque causa exclusa, non est credendum quòd voluerit tam strictè obligare: vnde enim viuet pauper Capellanus infirmus, qui nihil haberet praeter stipendium Missae, si eo paruo tempore, quo plus indiget, tenetur alteri stipendium elargiri? Hæc Peyrinus, & ante illum Bariola in approbatione litter. C. verb. Capellanus, ubi sic ait: Capellanus aegrotans toto anni spatio potest excusari per bimensent tantum à Missis celebrandis singulo anno, occasione infirmitatis. Ita ille, & tandem nouissime hanc sententiam, me citato, tenet Ioan. de Lugo de sac. Euchar. disp. 21. sect. 1. n. 49. qui ridet Vegam in summ. cap. 28. cas. 14. & P. Stephan. de Auila in manuscript. asserentes Capellanum per duos menses infirmum, non teneri per alium celebrare; & idem etiam docet Francisc. de Negro in addit. ad Ruyz, part. 1. praesup. 1. q. 1. quæ omnia à fortiori magis probabilem faciunt sententiam, quam ego docui in 4. part. tr. 4. refol. 238. cum Hurtad. nempe Capellanum infirmum Missas omittas pro vno mense non teneri compensare.

RESOL. LVI.

An Parochus teneatur celebrare pro suis ouibus, & quoties; & an teneatur illis aliquas Missas applicare? Et quid, si ad sit consuetudo in contrarium? Et an hæc consuetudo obliget sub mortali, quando de hoc onere non constat ex tabulis Ecclesiae, vel ex præcepto Episcopi? Ex part. 2. tr. 14. Ref. 26.

§. 1. **R**espondeo Curatum debere in diebus Dominicis, & in festis, quibus populus tenetur audire Missam, celebrare per se, vel per alios ex iusta causa. Ita Villalobos in sum. part. 1. tr. 8. dub. 14. n. 5. Ioan. de la Cruz in direct. consil. part. 2. de sac. Missae, quaest. 1. dub. 8. concl. 3. Syluius in 3. part. quaest. 83. art. 1. quaeritur 17. & alij.

2. Sed licet, vt diximus, teneatur celebrare in his diebus, non tamen inferitur, quòd teneatur pro populo dictas Missas applicare, & ideo potest stipendium ab aliis pro supradictis Missis, sine scrupulo accipere, nisi ad sit consuetudo in contrarium. Contra Nugnum in 3. part. tom. 1. quaest. 83. art. 1. dub. 9. concl. 2. fol. mihi 501. col. 1. Parocho enim, vt bene obseruat Syluius ubi supra, non debentur prouentus pastorales praesens, vt celebret ad intentionem populi, sed ratione totius officij pastoralis.

3. Et etiam si ad sit, putat Possesinus de officio Curati, cap. 2. num. 4. & Fraxinellus de oblig. Sacerdot. sect. 3. concl. 2. §. 1. n. 4. & alij, hanc consuetudinem non obligare sub mortali, quando de hoc onere non constat ex tabulis Ecclesiae, vel ex præcepto Episcopi, cum in prauiudicium alicuius non sit inducenda obligatio, sine clavis probationibus. Circa hanc quaestionem vide etiam Vasquez in 3. part. tom. 3. disput. 232. cap. 1. n. 12. Suarez in 3. p. tom. 3. disp. 86. sect. 1. Filliucium tom. 1. tract. 5. cap. 6. n. 174. & alios.